

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Maria i
cum fonte primo

Sit igitur nobis tanquam in ymagine
descripta uirginitas uita Marie in qua
uelut in speculo refulget species
castitatis et forma uirtutis. Hinc
sumatis exempla uiuendi ubi
tanquam in exemplari magisteria
expressa probitatis, quid corrigere,
quid fugere, quid tenere debeatis
ostendunt.

Ibidem (Ambrosius de uirginitate libro
II).

Sit igitur uobis tanquam in imagine
descripta uirginitas uita Mariae, e qua
uelut speculo refulget species
castitatis et forma uirtutis. Hinc
sumatis licet exempla uiuendi, ubi
tanquam in exemplari magisteria
expressa probitatis, quid corrigere,
quid effugere, quid tenere debeatis
ostendunt.

Ambrosius Mediolanensis, *De
uirginibus*, 2, 6 (F. Gori ed., p.168).